

*Admirantis*: ut: O mulier magna est fides tua!  
*Matth. 15. 28.*

*Optantis*; ut, Ah utinam cœlos rumperet & descenderet!

*Laudantis*; ut, Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam,  
*Matth. 25. 21.*

*Obtestantis*; ut, Proh Deûm atq; hominum fidem! quid est, si non hæc contumelia est, *Terent. in And.*

*Ominantis*; ut, Quapropter inexcusabilis eris ô homo, quisquis alium judicas: in quo enim alterum judicas, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas, *Rom. 2. 1.*

*Indignitantis*; ut, O scelus, ô pestis, ô labe, *Cic. in Pison.*

*Objurgantis*; ut, O incircumcisi auribus & corde. *Act. 7. 51.* O stulti & tardi ad credendum, *Luc. 24. 25.*

*Irridentis*: ut, Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, sciendo bonum & malum! *Gen. 3. 22.*

*Dolentis*; ut; Heu mihi, mulier vidua sum, *2. Reg. 14. 5.* Væ, væ, væ, habitantibus in terrâ, *Apoc. 8. 13.*

*Commiserantis*; ut, O domus antiqua, heu quàm dispari domino dominaris! *Cic. 1. offic.*

*Imprecantis*; ut, Disperdat Dominus universa labia dolosa & linguam magniloquam! *Psal. 12. 4.* Dii te perdant fugitive: *Cic. pro Dejot.*

*Desperantis*; ut, O frustra mei suscepti labores!

bor  
anes

3  
ner

4  
rei

ta:

gent  
(V

Roma  
perseq

de cap  
jecto

multi  
comm  
honos

I.  
hæc  
fine  
aute

part

adeo,  
sunt

mult  
5

libe  
cam

dan  
Cic